



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

27. De puella quædam nobilicum aliis quibusdam à dæmone obseßis apud
imaginem B. virginis Ippisunchij liberatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

terrore popularur. Confluit ex templo vniuersum vulgus, & vix tandem latius serpere incendiū, prohibent. Postero die lingnorum fasciculus, camino ingestus omninò incombusus comperitur.

Thomas Morus lib. 1. Dialogor. ca. 16. refert Laurentius Surius in Chronicis, De puella quadam nobili cum alijs quibusdam à Demone obsessis apud imaginem B. virginis Ippisunchij liberatis.

CAP. XXVII.

AT Thomas Morus loco citato, se plerāque suæ ætatis commemorare posse miracula, quæ ad imagines, quas solent homines pietiam peregrè inuisere, edita sint, tam ab omni suspitione aliena, tamquæ amplis fulta testimonijs, vt qui ea vellet reuocare in dubium, is non multum ab insania abesse videri queat. Interim vnum recitat admodum illustre, quod ante paucos annos in cuiusdam viri nobilis Rogeri V Ventunorthi aliquot proles declaratum sit diuinitus. Præcipuè autem in vnam ex filiabus eius, annorum non amplius duodecim, quam malus dæmon inuaserat, & multis modis diuexerat. Erat illa iam mentis inops deliransquæ, procaciter & petulanter in Deum ipsum incurrebat, execrabaturquæ res quasque precibus sacratas, & quod mirum est facillè etiam nullo indicante à non consecratas illas inter noscebat. Fiebant hæc procul

M 3 dubio

270 COLLATION. SACRAR.
dubio illo efficiente, qui puellam occupabat
interim verò tum sua voluntate, tum diuina
admonitione permota est, vt ad S. Mariæ oppidum
funtchij (est hoc Angliæ oppidum) accederet.
In illo autem itinere, quæ id tempus
libi dicerentur & fierent, citra mendaciam
edicere potuit, multa que rapta in ecstasi
& sublimia promebat, licet ipsa coram rebus
esset & imperita, vt etiam viri doctissimi
mediocriter admirarètur talia ab illa dici pos-
se. Vbi porro ad locum ventum est, erat ibi
mago beatissimæ virginis Mariæ. Coram
dum illa puella sistitur, aderant per plures
didi ac nobiles viri, & ecce ab illo terrore
horrendum in modum dilaniatur, facies &
oculi terribilem in speciem transformantur, et
contorquetur & distenditur, oculi in maxilla
prominent, vt sine horrore nemo eam posset
intueri. Aderant & aliæ personæ, in quas per-
mittente Deo improbus Sathan mirabiliter
uicibat. Atqui mox omnes illæ vnà cum puella
perfectæ sunt redditæ sanitati. Huic tam
spectaculo aderant parentes puellæ, homines
& ordinis amplissimi equestris, & rebus leu-
plices, aderant & alij permulti magnæ digni-
tis, prudentiæ & experientiæ. Aberat vero
nis fingendi vel ratio, vel suspicio, tum quod
puella esset tenera ætate, tum quod rei
immanitas & horrenda species omnem excu-
deret simulationem. Cernens autem puella
liber

liberatam, licet pater oblectaretur, mundo
huic ilico nuncium remisit, & in Cœnobio be-
ne iustituto sanctarum virginum religionem
professa monasticam, piè & sanctè vixit.

*Wilhelmus Lindanus lib. 2. cap. 2. de fugiendis idolis
pag. 139. à puerperis D. virginem rectè inuocari,
quomodo puerpera quedam B. virginis veneratio-
nem non sustinens, diuinitus punita sit.*

CAP. XXVIII.

Quando ad solatium puerperarum piè cõ-
ueniunt matronæ Christianæ, solent de
more laudatissimo coram imagine D. virginis
inviolatæ matris Mariæ Christum gestantis
honoris simul & inuocationis gratia candelâ
in fidei suæ, lucisq; animorum symbolum
accendere, vt suis precibus Deum puerperæ fa-
ciant propitium, ne aut abortiant, aut infeli-
citer pariât. Contigit annis superioribus, quã-
dam mihi notissimam (quæ & matris suæ no-
mine iam pridem non audiebat benè in causa
religionis) puerperio laborare, conuocantur
cognatæ, affines, & vicinæ, vt de more Hollan-
dico fieri solet. Vrgentibus puerperij dolori-
bus, candelâ imagini B. Mariæ, vt solet à quadã
cognatarum accenditur. Puerpera sui veneni,
quo à teneris infecta laborabat, non oblita, in
illam cœpit excandescere, quæ candelam D.
Mariæ accenderat, exclamans subinde tollen-
dam esse: neque se ferre posse honorem illum
imagini fieri, qui Deo debebatur. Vbi excla-